Quelle: http://manuscripta.at/?ID=25873
Copyright: Admont, Benediktinerstift



537

montiū. aut muna uallū. Quinquaginta
uiri. s̄ [illegible] hereticī. qui ido fortes di
cunt. quia falso s̄ fortes aliis uident. plus que
rentes sapere q̄m oportet sapere. ⁊ ñ sapere
ad sobrietatē. Autumant ḡ iudei. qd̄ isti re
possint ⁊ querere dn̄m. ne forte tulerit eum
spe dn̄m ⁊ pieceritt. i. iecerit in uno montiū
aut in una uallium. Vnū montiū. uetus aut
nouū testamētū intelligē. unā uallū unus
ecclē gentē accipe. Vallē pplos designat.
dauid insinuat dicens. Et ualles abunda
bunt frumento. fuerunt q̄dā hereticī. qui
dicent uetus testamētū ñ recipiendū. quasi
p moysen datū ⁊ confictū. quidā ū nouū
testamētū quasi nichilū abiciendū ⁊ contēpnen
dū. uetus aut̄ recipiendū ⁊ obseruandū. q̄dā
ū q̄ apē in una uallū. i. ñ in tota regnaret
ecclā. s; in sola affrica ds nominarit ⁊ ect.
Tali m̄ isti integrū ⁊ indiuiduū dn̄m separant.
qui ubiq; totus semp̄ p̄senti maiestate ⁊ uir
tute attingit a fine usq; ad finē fortit. ⁊ dis
ponit omnia suauit. Et q̄d dictum ē ad eos.
Nolite mittere. Non enī s̄ de numero illōr
quib dictū ē. sic misit me pat̄. ⁊ ego mitto
uos. Coegerunt q; eū. donec acquiesceret
⁊ diceret. Mittite. Et miserunt. L. uiros. Qui
eū quesissent trib dieb ⁊ ñ inuenissent. reuisi
s̄ ad eum. Vm faciunt a iudei ⁊ hereticī do
nec eos desidiē suē dimittit p̄ ysaiam. iuxta
illud psalmographi. Et dimisit eos secdm de
sidia cordis ibunt in adinuentionib suis. Pe
uerso quippe corde querentes ñ inuenient.
⁊ hoc trib dieb. q̄a cognitionē pat̄. ⁊ filii ⁊
spē sēi habere nolunt. Quē diu diuq; male
questū dum ñ inuenerint. tandē in fine
mundi ad unitatē ecclē iudei reuertent. ⁊ fi
de sē trinitatis suscepta. singla in carnatio
nis a mysta ueneran ⁊ amplecti incipiunt.
q̄a ut apls ait. cum plenitudo gentiū intrē
rit. tū omnis isrl̄ saluus erit. Sequitur.

At ille habitabat in iericho. dixitq; eis.
Hunqd ñ dixi uob nolite mittē. Helyseus
in iericho habitat. quē luna sonat. q̄a a
scām ecclam uera scientia ⁊ uita inhabitat.
q̄m luna designat. sic psalmista cōmemo
rat. Thronus ei sicē sol in conspectu meo. ⁊
sicē luna perfecta in ēternum. Scā eū ecclā lunē
perfectē cōparat. quādiu in hui uitē stabilita
te pēgnat. q̄ soli tū assimilabit. cum eūnē
uitē in cōmutabilitate donabit. Sicē heli
seus q̄nquaginta uiros ad se rēuisis. dicē apē
p spīm sēm hereticis. ⁊ iudeis in fine cōuisis.
Hunqd ñ dixi uob nolite mittē. eū in ueti le
ge uos docui. in uno loco m̄ sacificiū offerre.
Veri ut sacificii locus extra ecclam catholicā ñ ē.
Sequitur. Dixerunt q; uiri ciuita
tis ad helyseum. Ecce habitatio hui ciui
tatis optima ē. sicē tu ipse dne pspicis. s;
aquē pessimē s ⁊ ūa sterilis. Et ille ait.
Afferte m̄ uas nouū. ⁊ mittite in illud sal.
Qui eū attulissent. egressus ad fontē aquarū.
misit in eum sal ⁊ ait. Hec dicit dn̄s. Sana
ui aquas has. ⁊ ñ erit ultē mors neq;
sterilitas. Sanatē ḡ s̄ aquē usq; ad diem
hanc. iuxta ūbum helysei. qd̄ locutus ē.
Ciuitas ē scā ecclā. de qua dicē psalmista.
Certim q̄ edificat̄ ut ciuitas. cui participatio
ei in idipsum. Viri ciuitatis ad heliseum
dicunt. cum fideles sē ecclē. sub ueti testa
mēto positi miām a redeptoris exposcunt.
Ecce inquit habitatio ciuitatis hui ē op
tima. q̄a societatis ecclāstice spes ē uissi
ma. Sicē tu ipse dne pspicis. q̄a tu dne
unitatē ⁊ societatē ecclē tuē diligis. s;
aq̄ pessimē s. ⁊ ūa sterilis. q̄a ueti testam
tu sepultē. in supficie litē s amarissimē.
Et ūa sterilis. q̄a cultus legis. caret effectu
salutis. Helyseus ait. eū apē suē in carna
tionis mysticum instruit. Afferte inqt
m̄ uas nouū. ⁊ mittite in illud sal. Vas